



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon Cisterciensis Ordinis

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

De Egressv Monachorvm de Molismo, & de aduentu eorum ad Cistertium,
deque monasterio, quod inceperunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11259

10 CHRONICON

pedientibus causis, constat adimpleri non posse, nos utriusque partis saluti, videlicet recendentium atque illic remanentium prouidentes, in locum alium quem nobis diuina largitas designauerit, vos declinare, ibique salubrius atque quietius Domino famulari, utile duximus fore. Vobis ergo tunc presentibus, videlicet, Roberto Abbatii, Fratribus quoque, Alberico, Odoni, Ioanni, Stephano, Letaldo, & Petro, sed & omnibus, quos regulariter & communi consilio vobis sociare decreuistis, hoc sanctum propositum, & tunc consulimus, &, ut in hoc perseveretis, præcipimus, & auctoritate Apostolica per sigilli nostri impressio- nem, in perpetuum confirmamus.

DE EGRESSV MONACHORVM
*de Molismo, & de aduentu eorum ad Ci-
 stertium, deque monasterio, quod
 incepérunt.*

POs t hæc talia ac tanta, antedictus Abbas, & sui auctoritate freti Molismum redierunt, & de illo religioso fratrum collegio, socios votum in regula habentes elegerunt, ita ut inter eos qui Legato Lugduni fuerant locuti, & illos qui de cœnobio vocati, viginti & unus monachi essent, talique stipati comitatu ad eremū Cistertium, quæ Cistertium dicebatur, alacriter teterunt.

*xxi. Mo-
 nachi ex
 Molismo
 vadunt
 Cistertium.*

CISTERCIENSE. II

derunt. Qui locus in Episcopatu Cabilo-
nenſi ſitus & præ nemoris, spinarumque
tunc temporis opacitate, acceſſu hominum
iſfolitus, à foliſ feriſ inhabitabatur: ad
quem viri Dei venientes, locumque illum
tam religione quam animo iam iamque
conceperant, & propter quem illuc adue-
nerant, quantò ſecularibus deſpicabilio-
rem & inacceſſibilem intelligentes, nemo-
ris & spinarum densitate praecifa ac remo-
ta, monaſterium ibidem voluntate Cabi-
lonenſis Epifcopi, & conſenſu illius cuius
iſte locus erat, coſtruere ceperūt. Nam viri
iſti apud Molismum poſiti, ſæpè inter ſe,
Dei gratia aspirati, de transgressione regu-
læ B. Benedicti patris Monachorum lo-
quebantur, conqurebantur, contristaban-
tur; videntes ſe, cæterosq; Monachos hanc
regulam ſolemni profeffione ſeruatoſos
promiſiſe, eamque minimè cuſtodiſſe; &
propter hoc Apoſtolice ſedis Legati au-
toritate iter prælibantes ad hanc ſolitu-
dinem, ut profeffionem ſuam obſeruantia
ſanctæ regulæ adimplerent, veniebat. Tunc *Odo Dux*
Dominus Odo Dux Burgundiae sancto fer- *Burgū di*
uore eorum delectatus, ſanctæque Ro- *perficit*
manæ Ecclesiæ præſcripti Legati litteris
rogatus, monaſterium ligneum, quod in-
ceperant, de ſuis totū conſummauit, illoſ-
que inibi in omnibus neceſſariis diu pro-
cuſa-

curauit & terris ac pecoribus abundè suble-
uauit.

QVOMODO LOCVS CISTER-
tiensis in Abbatiam surre-
xit.

EODEM tempore Abbas qui aduene-
rat ab Episcopo illius dioecesis, vir-
gam pastoralem cum cura monachorum
iussu prædicti Legati suscepit, fratresq; qui
secum aduenerant, in eodem loco stabili-
tatem regulariter firmare fecit: sicque Ec-
clesia illa in Abbatiam canonicè, Aposto-
licaque auctoritate crescendo surrexit.

QVOD MOLISMENSES AVRES
Domini Papæ pro reditu Roberti Abbatis
inquietauerunt.

IGTVR haud multo elapso temporis
sphatio, Molismenses monachi, volun-
tate Domini Goffridi Abbatis sui, qui Ro-
berto successerat Dominum Urbanum Pa-
pam Romæ adeuntes, postulare cœperunt,
vt supradictus *Robertus* in locum pristinū
restitueretur: quorum importunitate mo-
tus Papa, mandauit Legato suo, venerabili
scilicet Hugoni, vt, si posset fieri, idem
Abbas reueteretur, & monachi
eremum diligentes in pace
consisterent.

E P I.